



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 106. Literæ Provinciales a Pascali consarcinatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

studiofissime adlaborasset, nihilominus Sæc. XVII.  
 ipse unacum Sant-Beuveo & aliis se- A. C. 1656.  
 ptuaginta Doctoribus e Sorbonæ gre-  
 mio ejectus est. Nec tamen propterea  
 scriptitandi finem fecerat; quippe in  
 damnatarum propositionum vindicias  
 tres epistolas ad quemdam Episcopum,  
 binas ad Chamillardum Doctorem, pro-  
 lixam dissertationem latinam, plures-  
 que alios tractatus Apologeticos edidit.

## §. CVI.

*Literæ Provinciales a Pascali con-  
sarcinatae.*

Patrocinantur Arnaldinæ causæ Abrege de  
l'Hist. Eccl.  
tom. II.  
 non modo Petrus Nicoleus, & Joan-  
 nes Launoyus, sed præcipue Blasius  
 Pascalis, qui Portus Regii Communi-  
 tati a secretis erat; cum enim Jansenii  
 fautores hucusque seriis suis disputa-  
 tionibus, librisque ad Theologiæ sta-  
 teram ponderatis nihil proficerent, Ar-  
 naldus, ejusque Amici rem deinceps  
 per jocum agere, ac faceta dicendi  
 methodo per varia *facta* ludicre exposita  
 demonstrare decreverunt, quod eorum  
 Adversarii circa quæstionem facti Jan-  
 seniani nonnisi terminis æquivocis lu-  
 dant, & de lana caprina decertent.  
 Placuit cunctis hoc consilium, hujus-  
 que rei exequendæ negotium Pascali  
 deman-

Sæc. XVII. demandatum, qui etiam eo fine sub  
 A. C. 1656. ementito Ludovici Montalti nomine  
 octodecim edidit epistolas, quas *Pro-*  
*vinciales* appellitabat, eoquod primas  
 decem ad quemdam ex Provincia in  
 Galliis natum directas finxisset. He  
 literæ ob ityli nitorem, & facetam in  
 dicendo jucunditatem passim omnium  
 terebantur manibus, magisque legen-  
 tium aviditatem acuebat Petrus Nico-  
 leus Præfati Pascalis socius, qui hæc  
 literas sub Wendrokii nomine terla-  
 tinitate donavit, variisque epistolis  
 & animadversionibus auxit. In prima  
 & secunda harum Pascalis demonstra-  
 nitur, quod Jansenii hostes ad augen-  
 dum suorum numerum sibi præter Mo-  
 linistas etiam Thomistas aggregarint,  
 eoquod hi cum illis *proximum posse*, &  
 gratiam sufficientem licet diverso senten-  
 tiæ admittant, in tertia censuram Facul-  
 tatis exagitat: in quarta vero, an sem-  
 per gratia actualis detur illi, qui pec-  
 cat. Postea sequentibus decem episto-  
 lis, relicta Jansenii & Arnaldi causa,  
 in moralem Jesuitarum & modernorum  
 Casistarum doctrinam nimis laxam, &  
 ob Probabilismi usum moribus & di-  
 sciplinæ inimicam festivis quibusdam  
 Dialogis invehitur. Denique in pos-  
 tremis duabus ad P. Annatum Jesuitam

tam anno sequenti datis rursus Jan-  
senii propositiones tueri videtur.

Sæc. XVII.  
A. C. 1656.

§. CVII.

*Harum Literarum fata.*

Quamvis hæ literæ a bina Universi-  
tate fuerint commendatæ, nihilo-  
minus non modo a Patre Annato, De-  
schamps, Craffet, & Daniele Jesuitis  
tam hæ, quam Arnaldi epistolæ fue-  
runt vehementer exagitatæ, sed insu-  
per anno sequenti die sexta Septembris  
Alexander VII. in Congregatione Ge-  
nerali S. Romanæ Inquisitionis easdem  
damnavit, prohibuitque sequenti de-  
creto: „Sanctissimus D. N. Alexander  
„Papa VII. præsentis Decreto prohibet,  
„& damnat libros infra scriptos, eos-  
„que pro damnatis & prohibitis haberi  
„voluit sub pœnis & censuris in sacro  
„Concilio Tridentino, & in indice Li-  
„brorum prohibitorum contentis, aliis-  
„que arbitrio Sanctitatis suæ in-  
„figendis.”

*Recueil. Hist.  
in Bibl.  
Sorb.*

I. Decem & octo Epistolas Gallico  
„idiomate conscriptas. II. Item epi-  
„stolam Advocati Parlamentarii ad  
„suum Amicum circa Inquisitionem in  
„Gallias invehendam occasione Bullæ  
„Alexandri VII. III. Opera omnia  
„Arnaldi. IV. Et quia circumferun-  
„tur